



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Regale Sacerdotivm

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1615

Cap. 9. Sacerdotes sapientes sint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54698](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54698)

stari testatur, qui vitiosos coarguit: *primus quoque innocentie gradus est, nefaria odisse.* Quin etiam iniquitati consentire, iniquis est ansam peccandi tradere, ac delinquentiæ viam referare. Nec magnum est hominem ob propria non damnari peccata, si ob aliena tandem damnationem incurrat. seuera quidem iustitia, sed æqua tamen & iusta, Sacerdotem, qui peccatores corripere negligit, suo tandem dispendio scelerum illorum punitionem experturum.

Hortamur vos igitur, ait magnus quidem Doctor, Domini Sacerdotes, paratos esse ad docendas plebes vestras, qui scripturas scit, prædicet scripturas: qui verò nescit ea, saltem quæ norit dicat, ut fugiat scilicet malum & faciat bonum, pacem sectetur & sequatur, oculi enim Domini super iustos. Ad hanc verò exhortationem addere de meo volo, vosq; commouere Sacerdotes, ut Euangelizetis pauperibus, cathedras concendatis, in parochijs vestris concionemini, aduersus vitia debacchemini, ignorantes doceatis, & animarum salutem procuretis. Hæc enim omnia ad officium vestrum spectat.

Iuo p. 2. 54.
ex August:

CAPVT IX.

Sacerdotes patientes sint.

Tanta porro patientiæ dignitas & excellentia est, ut quotquot eam penitus inspexere, in eam animæ possessionem consistere dixerint, quia ratio omnium custosq; virtutum est patientia. Per patientiam autem animas possidemus, eo quòd dum nos ipsos reprimere ac vincere discimus, tunc possidere quod sumus incipimus. Patientia enim nihil est aliud, quàm aduersitatum imperum magno & inuicto animi robore sustinere, atque aduersus omnes tristes fortunæ insultus generosum, & masculinum animum demonstrare.

Quid sit patientia.

Greg. hom. 38. in cap. 21. Luc.

ipsa est aduersus fulmina rupes inuicta, aduersus balistas aduersitatum propugnaculum insuperabile, lorica aduersus ictus impermeabilis, aduersus malleos incus non cedens, scopulus maris fluctibus resistens, & Adamas in medio flammarum semper adamas. Hæc porrò virtus Sacerdotes docet imprimis.

Epitheta
patientia.

Past. 3. p. ad
mon. 10.

Patientia, ait Gregorius, prima animæ disciplina, omnium affectionum illius clavis, palatum frenum, & custos conditionis nostræ. Quis enim hac virtute caruerit, exanime corpus et nauis sine ductore, omnium ventorum vicissitudinibus obnoxius, mare cunctis naufragijs infans. Hac ergo si destituamini, Sacerdotes, cogitate nihil omnino vos habere.

Aurū, argentū, &
ferrum patientia
symbola.

Iericho vrbs cum expugnaretur, & omnibus flammis tradita essent, aurum tamen, argentum & ærea vasa ac ferrea asseruari, & in gratiam sacrum inferri voluit: *Vrbem & omnia que in vrbe erant sunt in ea succenderunt, absque auro, & argenteo & vasibus æneis, ac ferro que in ararium Domini crarunt, Aurum, argentum, æs & ferrum, que flammis resistunt, & malleorum ictibus aptantur, symbola sunt patientia.* Docere porò mysterium reponantur. Hæc autem Sacerdotum dotes sunt animos illos æneos & ferreos, mentes illas aureas & argenteas, id est animas patientes, que tribulationum ignibus non cedunt, ad salutem destinatae esse & electas, vt in cælestibus thesauris ac secretis reponantur. In mirabili illa templi fabrica, notat scriptura Salomonē in parietibus eiusdem Cherubim & palmas & varias imaginum figuras efformasse. *Et fecit in eis Cherubin, & palmas, & picturas* Cherubini illi figura sunt Religiosorum, palme verò Patientia symbolum; quo enim hæc virtus

Palme
symb
patientia
3. Reg. 6.

In mirabili illa templi fabrica, notat scriptura Salomonē in parietibus eiusdem Cherubim & palmas & varias imaginum figuras efformasse. *Et fecit in eis Cherubin, & palmas, & picturas* Cherubini illi figura sunt Religiosorum, palme verò Patientia symbolum; quo enim hæc virtus

oneribus grauat, quò exsurgit alius: designare porro mysteriũ volèbat, Sacerdotes & Religiosos, quos Cherubinorum instar in Ecclesia vivere par est, palmarum etiam instar in hoc mundo inuictos permanere debere, magna animi constantia omnes vitæ huius aduersitates & afflictiones tolerando.

Tanti porro Salomon in prouerbijis facit patientiam ve fortitudini & robori illam præponat, *Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo, suo, expugnatore vrbiũ.* Equidẽ illi libens subscribo ac pluris facio Sacerdotem patientiæ virtute excellentem, quã alios qui animos habent ingentes, robor & fortitudinem.

Patentia fortitudi- ne præua- let. Prou. 16.

Paulus Apostolus Romanis scribens hoc eis *spe gaudentes, in tribulationibus patientes, orationi instantes.* Veræ hæ Sacerdotis partes sunt, & munia paucissimis contenta verbis, vt scilicet in sperando gaudeat, in aduersis patientiam exhibeat, orationibus instet assidue. Hanc si viam institeritis Sacerdotes, verè vos beatos pronuntio.

Patentia hominem beat.

Seruum Domini, ait idem Timotheo scribens, *non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem.* Magni huius Domini verè seruus est Sacerdos, atque ideo indecens est illum litigare, sed illius est patientem, mansuetum, benignum ac mitem esse.

2. Tim 2. Dei seruus sit patiens.

Egregium de patientia habet prouerbium patremiographus, dicens, *Patientia lenietur Princeps & lingua mollis confringit duritiem.* Et sanè boni Sacerdotis patientia iram Dei lenit, & mollis rationum illius lingua eiusdem furorem sedat.

Patentia Dei iram placat Prou. 14.

Denique sacra scriptura magni hancce virtutem facit, eiq; prudentiã velut sociam addit; ait



Prudentia
patientia
comitatur.
Prou. 14.

enim in Prouerbijs Salomon, *Qui patiens est multa gubernatur prudentia.* Et reuera Sacerdos qui mansuetè se gerit, ostendit etiam ad oculos esse prudentem, cordatum ac verè sapientem.

Dauidis
patientia.
2. Reg. 16.

Prudentiam suam sanè Dauid ostèdit, cum scilicet patientiam patefaciens Semei iniurias irroganti ait, *Dimitte eum vt maledicat, Dominus enim precepit ei vt malediceret Dauid: dimittite eum vt maledicat iuxta preceptum Domini, si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro afflictione hac die hodierna.* Illud verè regium cor erat & digna Dauidè patientia in maledictionibus scilicet non expalescere, & iniurias æquo animo sustinere.

Quæ sit
vera pati-
entia.
In parad.
anim. c. 4.

Tunc autem vera & perfecta patientia est, ait Albertus magnus, cum quis sustinet patienter iniurias, non solum cum reus, sed etiam innocens, patienter Iobi exemplo, qui constanter & liberè de se profitebatur, se, etiam si nullius offensæ iniuriæque laturæ sibi conscius esset, lacrymari tamè assidue, & in angore animi vivere. Detractionibus autem resistere, calumnias superare, iniurias contempnere verè patientem esse.

Ibid.
Innocentia
coronat
patientiam.

Licet, inquit idè Albertus, intolerabilior sit iniuria innocenti quam culpabili: tamen multo sanè sufferri potest & debet iniuria, cum nihil conscientie remordet de culpa aliqua precedenti. Patienter igitur cuncta sustinete Sacerdotes, ac cogitate tunc patientiam verè coronari, quando iniuriarum impetus, magno iniustitiæ testimonio innocenti muris impinguntur.

In phar. li.
2. c. id ex
Gregor.
Imperfectio-
num

Ille verò, teste D. Bonauentura, patienter tam iniuriam tolerat, qui piè meminit, quod forte adhuc habet, in quo debet ipse tolerari. Confidetur igitur vos ipsos, o Sacerdotes, ac vestras impu-

lectiones dispicite; quas cum diligenter inspexeritis, aliorum eò melius tolerabitis.

Dixit olim Cassianus, Boni Sacerdotis esse magna patientia iniurias & calumnias illatas sustinere, sperando donec tēpestas defæuiat, & serenitas expectata redeat, & dum iniurijs lacessitur pacē tū corde continere, tū ore præferre debere, videreque ne furor subitus præcipitem abripiat, animæque commotæ auscultet; sed considerare, quid vera amicitia & Christiana caritas exigat, Propheticum illud implendo, *Cum iratus fueris, misericordie recordaberis*. Hic Sacerdos imprimis & præ ceteris virtutem ostendat, passionibus imperet, iniurias & calumnias irrideat, iracundiæ furorem, exstinguat, seseque patientiæ loricâ semper communiat.

Hanc in ré dixerat iâ antè S. Cyprian. *Magis optamus & cupimus cū tumelias, & iniurias singulorū clementi patientia vincere, quam Sacerdotali licentia vindicare*. Et reuera multo magis Sacerdotes deesse patientia ac tolerantia, quàm irasci & vindictam præcipitem exigere.

Sanctus quoque Augustinus de Sacerdotibus agens dixit, *Paratus esse debet Sacerdos iustus & pius, patienter eorum malitiam sustinere, quos fieri bonos querit, ut potius honorum numerus accrescat, quàm ut simili malitia in improborum catalogum & impiorum categorias referatur*. Dicere vult, Sacerdotem patienter tolerando ostendere se iustum esse, at vindictam ultionemque depol-

scendo, se non minus quàm ceteros nefarium. De qualibet mactata pecude, ait doctissimus Philo ludæus, *lex iubet duas certas partes tibus decidi, armum dextrum & pectoris pinguedine*: prior denotabat constantiâ & magnanimitatem il-

notitia iniurias tolerare facit.

Collat. 16

c. 26.

Sacerdos patienter toleret iniurias.

Habac. 3.

Lib. 3. Ep. 9.

Patentia magis decet Sacerdotes quàm vindicta.

Sacerdotes patientes sint.

23. q. 1. cap. eod.

Figura patientiæ Sacerdoti necessaria.

Philo de honor. Sacerd.

tem illis in omni re, quam aggredi velint, esse necessariam: altera verò suauitatem ac benignitatem animamque patientia dotatam. Quod figura illa veteribus Sacerdotibus quadraret ostendit Philo, ipse verò Sacerdotibus Euangelicis aptari posse censeo, quibus patientia cum primis necessaria est.

Quis verè
patiens.

Moral.

Lib. 11.

c. 17. Clem.

Alex. Strom.

22.

De modo

ben. viii.

Serm. de ve-

ro cultu. c.

18.

Patientia

facit Mar-

tyres.

Hom. 35. in

Ezech.

Per patien-

tiam mar-

tyres su-

mus.

Sine hac

nulla pax.

C. 21. Mor.

c. 16.

de process. 6.

Relig. c. 25.

Ceterum, teste Gregorio ille verè patiens est qui & aduersis atteritur, & tamen ab spei suae rectitudine non curuatur: nam, vt Clemens Alexandrinus testatur, verè ille patiens esse nequit, qui non magno simul animo & constantia præditus sit. Ille verò sacerdos animum habet, & sub patientia securus incedit, qui in afflictionum pelago ad spei lampadem semper prospectat.

O Paradoxa! sine ferro, inquit Bernardus & Lactantius, & flamma, Martyres esse possumus, patientia in animo veraciter custodiamus. Ecce illa felicitas est, Sacerdotes! estote igitur patientes: ita enim fiet vt martyres sine ferro sitis. Idem quoque dicit sanctus Papa Gregorius, ne ferro martyr esse poteris, si patientiam in animo veraciter conseruaueris. O felicem Sacerdotem, si patientiam habuerit, per hanc enim recta ad martyrium tendit.

Qui n & alia miracula facit patientia, sine ha enim, testante S. Gregorio, pax in mundo regnare nec concordia potest. & S. Bonauentura affirmat maioris esse meriti aduersa patienter tolerare, quam bonis operibus insudare. Audax profero sententia, vera tamen, Sacerdotes, maiorem meriti esse, aduersitatum procellas generoso animo sustinere, quam virtutibus studere & sanctis operibus incumbere.

Numquam enim sola, ut quidem S. Ephrem ait, est patientia, sed eam virtutum semper ilias stipat, hanc enim qui habuerit ceteras omnes habet cum illa: Patiens enim omnibus virtutibus exornatur, gaudet in rebus aduersis, in calamitatibus probatur, exultat in tentationibus, in obediendo promptus est, in longanimitate stabilis, in charitate perfectus, aduersus omnes casus infraclus; maledicentibus benedicit, pace in bello, & malacia in tempestatibus gaudet. Huic studete virtuti Sacerdotes, & in hac ceteras habebitis.

Lib. de virtut. c. de patient. Patientia ceteras virtutes includit.

Subnectit idem auctor, *Patiens alacer in ieiunijs, frequens in orationibus, diligens in vita ratione insinuenda, graciosus in muneribus suis obeundis, in familiaritate comis, in consilio prudens, in vigilijs hilaris, peregrinorum diligentem curam habens, erga infirmos benignus. In succurrendo promptus est, in cogitando sobrius, in negotiando expeditus, Denique ut verbo absoluam, ad omnia bona opera paratus.* O beatos sacerdotes, qui hanc virtutem nacti fuerint, hanc enim qui habuerint, omnes habebit.

Patientis perfectio- nes.

Melior est patiens viro forti, ait Sapiens, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Hanc sequitur, Sacerdotes, fortiores vos esse, cum patientes estis, quam si duces aut milites generosi eseris, & cum patientiam nacti fueritis, omnia vobis cedere.

Patiens forti praelatus. Prou. 16.

Eia igitur, Sacerdotes, hac vos virtute armate, & erga omnes mansuetudinem ostendite, Apostolicum illud sequentes, *Patientes estote ad inuicem.*

Ad patientiam Paulus hortatur.

Recordemini doctrinae, quam S. Iacobus Apostolus tradidit, *Patientes estote & vos, & confirmate corda vestra, quonia aduentus Domini appropinquauit; Ecce agricola expectat pretiosum fructum*

I. Thess. 5. Item S. Iacobus. Iac. 5.



terra, patienter ferens donec accipiat temporarium & serotinum. Vos itaque patientiam non minus ostendite, & animas vestras in tuto collocate.

Serm. de
patient
Vitæ alte-
rius exspe-
ctatio. præ-
sentis vitæ
aduersita-
tes patienter sustine-
re cogit.

Ne indignemini Sacerdotes, ait S. Augustinus si in mundo mali florent, & vos aduersa patienter exaltari, sed potius deprimi, & vitæ huius vanitates negligere; eo quod impij nihil expectent in celo: vos quoque nihil in hoc mundo expectare debetis, sed in futura bona spem conijcere, & quæ iam desiderio conscendistis, ibi mente, quidquid etiam in hoc mundo aduersi acciderit, exultare per alterius itaque vitæ spem fit, Sacerdotes, in mundi huius aduersitates æquo & forti animo tolerantur.

Sacerdotes
patientes
sint Chri-
sti exem-
plo.
Ad frat. in
erem.
3erm. 37.

Si persecutiones veniunt, Sacerdotes mei, inquit idē Augustinus, non deficiamus sed patientiā habeamus. si paupertas ingruat, ne desperemus, sed Domino confidamus: si in vna nos quis maxillæ percutiat, quamprimum & alteram præbeamus: si contumeliæ in nos deuomantur, taceamus, & calumniantibus ignoscamus: si iniuriæ nobis conuitia ingerantur, si honor lædatur, ne respondeamus: si iugulemur & inuadamur, alacriter mortem & sepulcrum properemus. Et quæ breuius hoc non enim seruus est supra Dominum, si enim me persecuti fuerint, ait Dominus, & non persequentur. Quare patientiā nobis habenda est, Sacerdotes, modo serui Christi Iesu esse volumus.